



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LIII. Walther, Edler von Dorfstadt, und sein Sohn Burchard vereignen dem
Kloster Diesdorf das Eigenthum zweier Höfe zu Winkelstedt, am 16.
August 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

ricus, fratres, de dannenberghe dicti, Cupimus ad vniuersorum noticiam presentia intuentium lucidius peruenire, quod nos de maturo nostro consilio seu heredum nostrorum consensu et arbitrio honorabili viro domino borchardo in distorpe preposito ad manus et vsus sanctimonialium claustrum eiusdem in villa winkelftede duos flauos nostros subditos, scilicet bernardum et richardum in duabus Curis ibidem residentes, duos mansos colentes, de quibus ambo VI marcas denariorum vsualis monete, duos porcos valentes XVI solidi eiusdem monete, VIII pullos, VIII caseos, XL oua et XL ristas vlasses, quod in wigo sic dicitur, predicto claustro singulis annis ministrabunt, pro LXXII marcis saltw. denariorum, Cum vniuersis ceteris prefatis mansis adiacentibus, videlicet aquis, pratis, pascuis et nemoribus, cum aduocacia et cum omni iure, quemadmodum hactenus possidebamus, iusto vendicionis titulo rationabiliter vendidimus absque omni inpeticione quiete et pacifice in perpetuum possidenda. Pro ampliori huius rei certitudine et cautela dilecti nostri fratres thidericus et hinricus de dannenberghe, famuli, nobiscum data fide in solidum promiserunt hec omnia rite obseruanda. Huius rei testes sunt bernardus et wernerus, fratres, dicti de sculenborch, milites, bodo de walfstoue in castro saltwedel Castellanus, hunerus de knesbeke, famuli, et alii quam plures fide digni. Ne autem nostra vendicio in posterum alicuius malignantis rancore infringi poterit uel uiolari, presentem paginam super eo conscriptam per appensionem nostrorum sigillorum siue nostrorum compromissorum et Testium duximus validius roborandam. Datum Saltwedel, anno domini M^o. CCC^o. XIX^o., in die beatorum Sixti felicissimi et agapiti martirum.

LIII. Walthar, Edler von Dorstadt, und sein Sohn Burchard vereignen dem Kloster Diesdorf das Eigenthum zweier Höfe zu Winkelftedt, am 16. August 1319.

Nouerint vniuersi presencium inspectores, quod nos waltharus de Dorstat, nobilis, et borchardus, noster filius, consensu nostrorum heredum quorum interest vnanimi accedente, donauimus et presentibus libere donamus, honorabili viro domino borchardo preposito, mechtildi priorisse totique conuentui monasterii sanctimonialium ordinis sancti augustini in Distorpe, ob remedium et salutem animarum nostrarum nostrorumque parentum, proprietatem duarum curiarum in villa winkelftede sitarum cum duobus flauis in eisdem residentibus, quas quidem curias Gheuehardus et fredericus filii bone memorie henrici militis de dannenberghe a nobis in pheodo tenuerunt. In huius rei euidenciam et perpetuam memoriam dedimus presens scriptum nostris sigillis firmiter communitum Anno domini M^o. CCC^o. XIX^o., In crastino assumptionis beate marie virginis.